

A ergo cooperatēm sibi in uicem trinitatem. Spiritus sanctus uenire dicitur super uirginem, & uirtus altissimi obumbrare ei. Quæ est autem uirtus altissimi, nisi ipse Christus, qui est Dei uirtus & Dei sapientia? Cuius autem hæc uirtus est? Altissimi inquit. Adeſt ergo altissimus, adeſt & uirtus altissimi, adeſt & spiritus sanctus. Hæc est trinitas ubique latens, & ubique apparet, uocabulis personisque discreta, inseparabilis uero substantia deitatis: & quamvis solus filius nascatur ex uirgine, adeſt tamen & altissimus: adeſt & spiritus sanctus, ut & conceptus uirginis sanctificetur & partus. Verum hæc quia ex scripturis propheticis aſſeruntur, poſſunt forte Iudeos, quamvis ſint infideles & increduli, conſurare. Sed pagani ſolent iridere nos, cum audiunt prædicari à nobis uirginis partum: propter quod paucis eorum obrectationibus respondendum eſt. Omnis partus ex tribus (ut opinor) conſtar, ſi adulterata ſit femina, ſi uirum adeat, ſi non ſit illius uulua uitio sterilitatis occlufa. Ex his tribus in hoc partum quem prædicamus unum defuit, uir ſcilect: & hanc partem (quia qui naſcebatur non erat terrenus homo, ſed celeſtis) per ſpiritum celestem dicimus ſalua uirginis incorruptione compleram. Et tamen quid mirum uidetur, ſi uirgo conceperit, cum Orientis auctem quem Phoenicem uocant, intantum ſine coniuge naſci uel renatiſti, ut ſemper una ſit, & ſemper ſibiipſi naſcendo uel renatiſti ſuccedat? Apes certe neſcīte coniugia, nec foetus nixibus edere, omnibus palam eſt. Sed & alia nonnulla deprehenduntur ſub huicmodi forte naſcendi. Hoc ergo incredibile uidebitur diuina uirtute ad totius mundi reintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natuitate cernuntur? Et tamen mirandum eſt cur hoc gentilibus imposſibile uideatur, qui credunt, Mineruam ſuam de cerebro Iouis natam. Quid ad credendum diſſicilius, aut quid magis contra naturam eſt? Hic femina eſt, hic naturæ ordo ſeruatur, hic conceptus, hic partus. temporibus ſuis editur: ibi nusquam femineus ſexus, ſed uir ſolus & partus. Qui illa credit, cur iſta miratur? Sed & Liberum patrem dicunt de fœmore eius natum. Ecce aliud portenti genus, & tamen creditur. Venerem quoque, quam Aphroditen uocant, de ſpuma maris, ſicut & omnis eius compoſitio ostendit, credunt eſſe progenitam. De ovo natum Caſtorem Pollu- cemque confirman: & ex formica Myrmidones: & alia mille ſunt, quæ quamvis contra na- turam rerum uenientia, iſpis tamen ſunt uisa credibilia, ut Deucalionis & Pyrrhae lapides iaſtos, & hominum ex hiſ ſegetem natam. Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint, unum eis imposſibile uidetur, quod adoleſcens femina, diuinum germe, non hominis uitio, ſed Deo ſpirante conceperit. Qui utique ſi ad credendum diſſicilius ſunt, illis tot & tam turpibus monſtris fidem nequaquam commoda debuerant. Si uero faciles ſunt ad credendum, multo promptius hæc noſtra tam honeſta & tam ſancta recipere, quā illa tam indigna & tam foeda credere debuiffent. Sed dicunt fortassis, quia poſſibile ſi fuerat Deo ut uirgo conceperet, poſſibile etiam fuerat ut parceret: ſed indiguum eis uideri, ut tan- ta illa maiestas per genitales femina tranſiret egressus: ubi quamvis nulla fuerit ex uiri com- miftione contagio, fuit tamen iſlius puerperii obſcenæ atrectationis iniuria. Pro quo paulisper eis ſecundum ſenſum ſuum reſpondeamus. Si quis uideat paruulum in profundo coeni necari, & iſpe cum ſit uir magnus & potens, extreſum (ut ita dixerim) ingrediatur coe- num, ut paruulum libere morientem, pollutus ne à te accuſabiliſt hic uir, qui paru- lum calauerit lutu, an ut miſericors laudabitur, quod uitam contulerit morituro? Sed hæc etiam de comuni homine dicta ſint. Redeamus nunc ad natūram eius qui natus eſt. Quantum putas natura ſolis illo inferior eſt? quantum creatura ſine dubio creatore. In- tueri nunc, ſi ſolis radius in coenialicuius uoraginem demittatur, nunquid nam aliiquid inde pollutionis acquirit? aut obſcenorum illuſtratio, ſolis ducitur in iniuriam? Ignis quo- que quanto natura eſt inferior hiſ de quibus ſermo eſt, & nulla materia, uel obſcenæ, uel turpis adhibita ei, ignem polluisse creditur? Cum hæc ita eſſe in rebus materialibus conſter, tu in illa ſupereminenti & incorporeā natura, quæ ſuper omnem ignem, & ſuper omne lu- men eſt, pollutionis aliiquid putas ac obſcenitatis incidere? Tunc deinde etiam ad illud aduerte. Nos hominem à Deo creatu de terra limo dicimus. Quod si obſcenitas Deo re- puratur opus ſuum requirenti, multo magis ei reputabitur opus iſtud ab initio fabricanti. Et ſuperfluum eſt dicere, cur per obſcenæ tranſierit, cū non possit dicere, cur obſcenæ con- diderit. Et ideo obſcenæ hæc eſſe, non natura, ſed obſeruantia docuit. Cæterum omnia quæ ſunt in corpore, ex uno eodemque luto formata, uſibus tantum & officiis naturalibus